

Gratz 20 Decembr. 1848

Celeberrime Domine Professor!

Ignosce, queso, si opusculum meum exiguum
Tibi, Viri de re botanica Meritissimo, tam
tarde offero, aut terrores belli civilis antea
prohibuere. Quaecunque sit opusculum, rogo
ut benevole accipias! Consciens mihi certe sum,
me opus nimis grave viribusque meis multo
superius suscepisse; attamen quod tentavi et
inchoavi, facilius nunc alio alius emendari
atque suppleri poterit. — Tibi certe gratissimus
esset, si iudicium Tuum de hacce meo opusculo
iustum atque severum communicare velis!

Scientiae naturales in Austria praesertim nullum
neglectae fuere, res botanica imprimis casui
fortuito plerumque commissa erat, inde factum
ut regiones Austria orientales et australes,
praecipue parum investigatae vel prorsus
neglectae fuere. Sic ipsa Syria inferior,
plantis dilissima, nullum Botanice stu-
dio fuit. Anno 1842 Dr Alexander,

Anglus! qui per triennium Graecii vixit, par-
tem inferiorem Syriae investigavit, et multas
plantas delineavit, quae Botaniciis Syriacis
hucusque ignotae erant.

Certe etiam Dalmaticae et innumerae eius insulae
multas species nobis incognitas, alios, quas
cum Graecia et Italia inferiore communes
habet. Paucas quasdam in enumeratione inuenies

allatas, quas Botani delineavit, ut: *Lilium* ^{caeruleum illegitimum Lepel.} *sortitum*
valde dolui, ne flores Tuos exspectare
Vol. II nimis sero accepisse, et vehemens
desiderio Tom 3 et forsitan 4^{to} expecto!

Herbarium possideo floreae Austriacae, quod
secundum Enumerationem meam ordinatum
et signatum est, quodque semper locupletare
naime in desiderio habeo. Si mihi forsitan
nonnullas species a Te propositas, vel
alias Dalmaticae et Italiae superioris indigenas
communicare velles, alias pulchre siccatas
germanicas, vel etiam exoticas munus offero.

Lilium meo addidi quasdam plantas
et Domina Josepha Rabl, uxore pharma-
copolae in Rohenebel ad pedes Lubecorum

habitantis, in Sudetis ipsis alpe ipsam locum,
qua certe pulchritudine excellunt! Est unica
serena mihi in Austria nota, quae rem herbariam
colis. Si Tibi istae pencae plantae gratae sunt,
plures adhuc accipere poteris.

Plantas duas dubias addidi. Est. *Linum Sequierii*
a Pellerio missum, quod certe Cnidii specis,
sed qualis? — Altera est *Silene* in Salin.
locis, et pro *S. gallica* missa. Habet adhuc
2 exemplaria parvula, flores in ramificationibus
solitarii! Eandem e Bohemia pro *S. gallica*
accepi, multo majorem.

Ausus sum addere chartam, continentem plantas
enumeratas, de quibus in dubio haereo. Galatini
Tibi ero, si ad notularem Tuas addere
et mihi remittere velles!

Finem agens, iterum atque iterum rogo, ut
ollula benignè accipias, faveasque

Tuo

Devolissimo
Dr. Maly